



Universitätsbibliothek Paderborn

**Universal-Register über die Sechs Theile der
Westphälischen Friedens-Handlungen und Geschichte,
imgleichen über die Zween Theile der Nürnbergischen
Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte**

Walther, Johann Ludolph

Göttingen, 1740

Iohannes Vultejus, Illustrissimæ & Celsissimæ Hassiæ Landgraviæ &
Regenti à Consiliis Status & Belli secretioribus, eiusdem ad Tractatus Pacis
Universalis Monasterii Legatus Plenipotentiarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52921](#)

IOHANNES VULTEJUS, Illustrissimæ & Celsissimæ Hassiæ Land-graviæ & Regenti à Consiliis Status & Belli secretoribus, eiusdem ad Tractatus Pacis Universalis Monasterii LEGATUS PLENIPOTENTIARIUS.

Dasselben Leben ist von Herrn Math und Archivario KUCHENBECKER in Vita Her-manni Vulteii ICti, 1731. p. 219. also gründlich beschrieben:

JOANNES natus Marburgi die VI. Ianuarii anno MD CV. patrinam habuit sorem natu maiorem, quæ in memoriam paulo ante demortui fratris ipsi hoc non men imposuit. Hic positis rite in humanioribus & iure fundamentis à parentibus anno MDCXXII. Lugdunum Batavorum missus fuit, ubi publice ac privatim iuris studio operam navavit. Anno MDCXXIV. in Angliam abiit, Londinum Oxonium & Cantabrigiam perlustravit. Inde Parisios, Andegavum atque Genavam excurrit, ut Italicam Gallicamque linguam sibi redderet familiarissimam. Reversus per Helvetiam & Argentoratum Marburgi studia recoluit atque anno MDCXXX. Iuris Utriusque Doctor ibidem renunciatus est. Post hæc Spiræ in Camera vixit cum exerto bello ab ulterioribus itineribus impediretur. Vocatus à Philippo Rheinhardo Comite Solmeni, ad castra Suecia cum eo Consiliarius abiit, & Comiti Oxenstierne acceptissimus ad Suecia servitia vocabatur, quæ non detraet, nisi infelix ad Luzenam prælium hoc consilium dissipasset. Castellas veniens à Wilhelmo V. Sanctior belli Consiliarius renunciat, ea conditione, ut omnibus expeditionibus Serenissimum suum comitaretur, fatis autem functo Wilhelmo V. ab Amalia Elisabetha in obsequiis retentus Comitis Ratisbonensis anno MDCXLII. interfuit; imo ad Tractatus Westphalicos plena cum potestate missus quinquennium ibi fuit, & pacem perperuamque quietem omni ope confirmavit. Redux Cancellarii dignitate exornatur anno MDCLI. cum id aliquamdiu esset deprecatus. In testamento Wilhelmi VI. Consiliarius Regiminis Tutorii fuit designatus anno autem MDCLXXXIV. die XIV. Augusti diem suum obiit, ab ipso Serenissimo Carolo morituriens adhuc visitatus. Conjugem duxit Hannoviæ anno MDCXLIII. die XVI. Octobris Elisabetham, ex celebri ac nobilissima Toffanorum (*) stirpe oriundam, ex qua decem liberos non sine gaudio suscepit. Quatuor vivis adhuc parentibus diem suum obierunt: Quatuor filias filiosque duos reliquit superstites, qui lineam Cassellanam quam Tabula hic adiuncta sistimus, felicissime propagarunt.

IU-

(*) Quæ sedem olim habuit in finibus Lotharingie & Francie, ac amplissima bona ibidem possedit. Exerto autem exercitu inter Reges Gallie & Burgundie Duces bello varias calamitates experta est. Unde Fridericus Comes Palatinus ad Rhenum & Elector, Imperii tunc temporis vicarius, Paulo Toffano SS. Theologiz Doctor & Consiliario Ecclesiastico Heidelbergi Anno MDCH. ob merita proavorum, equestrem dignitatem elementissime renovavit. Ad maiorem illustrationem sequens schema genealogicum adiiciens.

N. Gonorul Medecin du Roy	N. Fille de Jacques de Chou Advoc. General en la Cordes aydes à Paris
Petrus N.N. Toffanus	Philibert Couet Mai- tre des requetes du l'hôtel du Roy
Daniel Toffa- nus	Maria Couet
Paulus Toffanus	Maria Go- horus
	Briselance N.N.
	Ester Priselance
	Elisabetha Toffanin, Maritus Johannes Vultejus.